



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R.D. Iacobi Marchantii Vitis Florigera

Marchantius, Jacobus

Coloniae Agrippinae, 1661

60. In Festo S. Vrsulæ & sociarum, tripartita. Quid videbis in Sulamite nisi
choros castrorum. Cant. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56381](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56381)

Ab ea cognovit Circumcisionem pueri, Adorationem Magorum, purificationem & oblationem in templo; inventionem Iesu duodennis in templo docentis. Denique, ex ea percepit visitationem Elisabeth, exultationem Johannis, & quæ tunc peracta sunt mysteria. Ab ea dicitur quoque tria illa Cantica, quæ in finem usque sæculi Verbi incarnati laudes prædicant, & quotidie in Ecclesia decantantur, *Benedictus, Magnificat, Nunc dimittis*. Nemo Evangelistarum præter eum horum meminit, quæ tanquam Secretarius & Notarius Virginis per illam didicit.

S. Lucas primus imaginem M. V. depinxit.

S. Lucas arte pictor, professione medicus.

S. Lucas castitatem coluit.

Martyr. vitam finisse putatur.

Uterius quoque illud familiaritatem Deiparæ Virginis & S. Lucæ comprobatur, quod primus Virginis imaginem depinxerit. Atque imago illa Virginis adhuc Romæ in templo S. Mariæ Majoris aservatur, estque miræculis celebris à tot sæculis honorata. Dicitur & primus Christi Domini imaginem depinxisse S. Lucas qui & arte, Pictor & professione Medicus erat. Nam licet Pictor quidam alius Missus sit à Rege Edeffe Abagaro ægrotante (qui summo videndi Christi tenebatur desiderio) ut accuratè ejus faciem per picturam efformaret, sicque saltem imagine frueretur, qui præsentia sui non poterat: Tamen non potuit Pictor ille assequi quod optabat, quia divinus splendor in vultu coelificans impedimento erat, Saluator interitum, ut pio Regis desiderio satisfaceret, in linteo faciem suam dignatus, est exprimere, & ad Regem transmittere, tanquam pietatis monumentum, & sanitatis sibi reddendæ argumentum. Vide Nicephorum l. 1. histor. c. 7. Evang. l. 2. c. 2. 6.

Eteo etiam dilectus fuit Virgini Deiparæ S. Lucas, quod castitatem coluerit toto suo ævo; ita ut de ipso referat S. Hieronimus, usque ad annum octagesimum quartum viris se cœlibem. Ideo mysteria purissimæ carnis à Christo: susceptæ merito ei incidavit Beatissima Virgo, quæ æternitati commendaret.

Martyrio vitam finisse sanctum Lucam, etsi non ita certum & exploratum sit, multi tamen Scriptores Ecclesiastici tradiderunt. Atque inter antiquos ita insinuat S. Greg. Naz. Orat. in Iulianum, ubi sic loquitur: *Non vidimus pro Christo casus reverentis. Non magnos pugiles eximivimus, Ioannem illum, Petrum Paulum, Iacobum, Stephanum; Lucam, & qui post illos capiti sui periculo veritatem protulerunt: Qui cum igne, & ferro, & bellis, & tyrannis, alacri animo, velut in alienis corporibus, imo velut corporum expertes dimicarent.* Sic & S. Paulinus inter veteres nominat eum Martyrem his verbis.

Hic Pater Andreas, & magno nomine Lucas, Martyr, & illustris sanguine Nazarinus. Eiusdem est sententiæ S. Gaudentius Episcopus Brixianus, florens tempore S. Amb. ita enim loquitur in serm. Dedicat. Eccles. Horum quatuor habemus reliquias, qui regnum Dei & iustitiam ejus prædicantes ab inimiculis occisi sunt: Iohannes in Sebaste Palestine, Thome apud Indos, Andreas & Lucas apud Paphos

Achaia civitatem, consummati referunt. Nicophorus autem l. 2. c. 43. specificat genus martyrii dum sic de sancto Luca dicitur: *A Paulo Roma in Græciam reversus, plurimos ibi divina doctrina luce illustravit, & tandem à divini verbi contemptoribus ex fructifera olea arboris suspensus (quod aridilignis ex quo crux foret copia non esset) Deo spiritum commendavit.* Eadem habet Glycas lib. 3. Annal. additque liquorem medicum ex reliquiis scaturire; eoque indice illas esse reperit: *Consentit & Cedrenus in Compend. histor. O felix igitur Olea, ex qua pendens talis divinus Pictor, imaginem in se depinxit Iesu Crucifixi! O felix Olea, in qua Medicus ille (cujus verba Evangelica animæ languentis sunt medicina) se supremo conformavit Medico, ejus unctionis particeps effectus, tam in vita, quam in morte. Potuit enim cum Christo summo Medico dicere Lucas Medicus: Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me, evangelizare pauperibus miseri me, ut mederer contritis corde.* Hoc dum viveret periclitæ prædicatione verbi, & in finem sæculi perficit scriptio Evangelii.

Parec quoque ex dictis, quam aprè S. Lucas designetur simbolo Bovis: tum quia sacre lingue vomere cordis nostri arva profulcat, eaque evangelici seminis jactu, vitali fruge fecundat: Tum quia evangelicam, atque apostolicam deseribens historiam, hostes Christi, atque adversarios veræ fidei, tanquam duobus cornibus ventilat, eoque ne arcam Chæolicæ Ecclesiæ depopulerent, expugnat: Tum denique, quia post laborem in agro & arca Domini, tandem se victimam Deo immolavit, suum illibans sanguinem, qui prius ejus amore mortificaverat carnem; quia crucis mortificationem jugiter in suo corpore portavit, tanquam jugum & aratrum, sed tibi suavè & jucundum.

Quasi S. Lucas designatur symbolo bovis.

OS. Luca, Pictor divine, depinge in nobis factorum verborum tuorum penicillo, perfectam Divinitatis imaginem; eamque vel operibus nostris eruentis deturpata, reforma, & pristino splendore restitue! O Medice facer, Evangelii tui medela effice, ut sanentur languores animarum nostrarum & in veram redeamus sanitatem, relictiis morbidis reliquiis vitiorum. Denique, sic intercede pro nobis occæcatis, ut fiamus Theodidacti & Docibiles Dei, discipuli Christi, discipuli que tui; unctionis illius participes, quæ de omnibus sufficenter docet, & tandem tua sectantes vestigia possumus dicere: *Ego autem sicut Olivæ fructifera in domino Dei speravi in æternum, & in sæculum sæculi.*

Cond.

Pro Festo S. Vrsulæ & Sociarum.

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum? Cant. 7.

Luc. 19. tripartita.

ECClesiæ Dei pars duplex distingui potest. Quæ in Partis una militans, altera triumphans dici Ecclesiæ solet.

fit varia castra & variis chori. Ecclesia vocatur Sulamita, id est Pacifica.

Solet. Militans pugnando canit: Triumphans canendo pro militante pugnat. Itaque in Ecclesia, per Sulamitem designata, Chori sunt & castra: siue Chori castrorum, & Castra chorifantium. Laus divina, quae in illa resonat & canus est, & pugna, & triumphus. Idem est populus & ultra & citra mare: transit pars cum armis, & decerit: pars altera canit trophaea, quia transiit & transeunt interim socios adjuvat & animat. Sic Ecclesia Militans & Triumphans non est duplex Ecclesia, nec duplex populus, quia idem est Rex utriusque, idem Caput, idem Dux utrobique, cui nomen est *Dominus Deus Exercituum*. Sed quoniam hoc nomine gloriosi solent factis in litteris quoniam sint hi exercitus in fortitudine dimicantes, & in multitudine gloriantes, videndum est particularius.

1. Exercitus Dei Angelorum innumera legiones. Dan. 7.

Dicamus ergo primo, hos Exercitus esse innumeras Legiones Angelorum, de quibus ipse Christus Dux dicebat: *Nunquid possum rogare Patrem, & ipse exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum?* An aliquem numerum eorum vis nosse? Audi Danielem: *Milia millium ministrabant ei, & decies centies centena milia assistebant ei.* Aperuit Dominus oculos famulo Eliae, & nunquid vidit montem plenum equorum & currum igneorum in circuitu Eliae? Nunquid agnovit quam verum esse quod dixerat Eliseus: *Non timere, quia plures nobiscum sunt, quam cum illis;* cum tamen robur exercitus Regis Syria civitatem circumdedisset. Vere ergo hic dicere possumus illud cum Jacob: *Castra Dei sunt haec.* Et rursus illud: *Nunquid est numerus militum ejus?* Hi sunt milites, qui initio saeculi pugnauerunt contra Satanam & Daemonem, & in fine desertabant contra Antichristum, de quibus dicitur: *Esatum est praelium in caelo magnum, Michael & Angeli ejus praeliabantur cum Dracone, & Draco pugnavit, & Angeli ejus: & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo.* Patet igitur, quam fortes sint hi exercitus, quam fortes ibi Duces, qui & Aegyptiorum exercitum intraverunt; & Regis Sennacherib una nocte copias interemerunt. Vere castra Dei sunt haec, millibus millium constantia, & chori castrorum sunt, qui trophaea resonant in caelesti Sulamite.

4. Reg. 6. Gen. 32. Job 25.

Dicamus secundo, aliam rursus exercitum in caelo constitui per multitudinem stellarum. Haec more Scripturae vocatur Militia caeli. Nam & de hac re loquitur Baldad. *Suhites apud Job, dum dicit: Nunquid est numerus militum ejus? Praecedit namque: Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis.* Tunc subdit: *Nunquid est numerus militum ejus, & super quem non surget lumen illius?* Stellae igitur constituunt aciem ordinatam, constituunt quoque simul chorum, & canunt Dei laudes: *Ubi eris cum mandaverit astra matutina? Quid igitur rursus videbis in Sulamite caelesti, si oculos in caelum tollas, nisi choros ca-*

2. Exercitus Dei multitudinis stellarum. Job 25.

strorum? Altra considera: *Castra Dei sunt haec.* Ipse numerat multitudinem Stellarum, & omnibus suis nomina vocat, tanquam suos recensens milites. Illis utitur contra hostes suos: *Stella manentes in ordine & cursu suo pugnauerunt contra Sisaram.*

3. Exercitus Dei variis Religioforum ordinibus.

Dicamus tertio, in nostra Sulamite, siue in Ecclesia militante, varios etiam esse exercitus, propter quos dici potest: *Dominus Deus exercituum variis Religioforum ordinibus.* Varii Ordines Religioforum vario habitu distinctorum, & tamen sub eodem Imperatore Christo, subque Labaro, & Vexillo Crucis militantium, nonne tibi videntur variae turmae exercituum constantis numerosum & validum, ad dimicandum contra Satanam & infernum, contra vitia & errores, contra carnem & mundum? Certe etiam *Castra Dei sunt haec.* Et quia & precibus & oratione, laudum divinarum & verbis Dei praedicatione pugnant, recte dixeris esse Choros castrorum, aut Castra chorifantium. Admirabilis porro est numerus hujus militiae in utroque sexu.

4. Exercitus Dei Maximus Martyrum numerus.

Dicamus quarto, proxime ad nostrum propositum, Exercitus Dei, siue in Ecclesia caelesti, siue in Ecclesia praesenti, aptissime vocari maximum Martyrum numerum, qui suo hic sanguine pugnauerunt, ut postmodum laureati triumphent. Hi certe tanquam praecipui milites Christi nihil reformidant periculi, nihil terrentia. Ibi sunt, qui fundaverunt Ecclesiam sanguine suo; Calicem Domini biberunt, & amici Dei facti sunt. Ibi sunt triumphatores, qui contemnescentes iussa Principum, merentur praemia aeterna, & accipiunt palmam, quia fortitudine incluta effulgent. Hi quoque, quia laudant & pugnant, Chori sunt castrorum in Sulamite conspicui. Atque de his etiam dicimus: *Nunquid est numerus militum ejus?* Nemp ex omni gente, ex omni aetate, ex omni statu, ex omni sexu milites sibi delegit *Dominus Deus Exercituum*; qui pugnent fortiter, & per sanguinem sequerentur suum Ducem intrepidum.

5. Exercitus Dei in Persia sexdecim millia militum refectur per Saporem Regem interemptis ob Fidelitatem.

Si calculum aliquem inire lubet, scimus quod vel in sola Urbe Romana trecenta milia & ultra computari possint Martyrum corpora sepulta. Nam & Callisti Coemeterium milia octingenta continere refertur. Quod si vel in una urbe tot milia, quod per universam Orbem? Audi & de militibus ob Fidem interemptis multis paucis. In Persia sexdecim milia militum refectur per Saporem Regem interemptis ob Fidelitatem.

6. Exercitus Dei in Aegypto quadraginta octo milia tempore Maximiani.

Item tempore Diocletiani viginti milia. In Aegypto quadraginta octo milia tempore Maximiani. Ideo S. Joannes praevidebat turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus tribubus & linguis. Et hi omnes in symbolum martyrii & triumphi, stolis ornati, palmas in manibus gestabant, & laudaverunt stolis in sanguine Agni HI de Ecclesia primitiva censerentur. Quid de Ecclesia nova, quam Deus voluit tolli a saeculo per mortem Antichristi?

... Judicio. ... 3. Exercitus Dei variis Religioforum ordinibus. ... 4. Exercitus Dei Maximus Martyrum numerus. ... 5. Exercitus Dei in Persia sexdecim millia militum refectur per Saporem Regem interemptis ob Fidelitatem. ... 6. Exercitus Dei in Aegypto quadraginta octo milia tempore Maximiani. ...



tyrum sanguine, vel per hereticos profuso? Certe non desunt quotidie exercitus & chori castrorum in nostra Sulamite.

India & Japonia testis nobis inextinguibilis esse potest de numero exercitu Martyrum qui ibi passi sunt, ut fundarent Ecclesiam in sanguine suo novam. Notum est tantum ibi fervorem inter nobiles Christianos ignescere, ut stabiliant Sodalitiam Martyrum specialia, quibus passim sese adscribunt. Pro Regula autem Sodalitii firmiter proficuntur, quaeque adscribuntur, omnia non solum bona sua pro fidei manutentione se libere oppignorare, sed etiam vitam & sanguinem, quandoque opus fuerit. Quod quidem non solum verbis, sed etiam effectu publice praestant. Etenim certa constat relatione, Anno 1613, in urbe Arima, dum caedi Christianorum tribunal erectum foret, & dies dicta, concurrisse illico viginti Christianorum millia ultro eae cervicem pro fide Tyranno obiectantia, si ita ei luberet. Procedebant autem ordine continuo sex & sex vestibus candidis, cum Rosario una in manu, & ardente cereo in altera, inclamantes laeta voce: Martyrium, Martyrium, Paradisus, Paradisus Jesu. Quo quidem concursu multi animati sunt, & ipse Tyrannus terribus obstupuit. An non hic vides in Sulamite nova Choros castrorum, aut Castra chorifantium? An non hic agnoscis turmas illius, cuius est nomen Dominus Deus Exercituum? Vere haec est Sodalitas sancta, Martyrum Sodalitas.

Harum porro nobilis Dux & Princeps fuit Ursula, eas secum ducens, animansque ad castitatem & fidem ad sanguinem usque tutandam, dum in eas Hunni, gens ferocissima, irruerent. Haec est quasi Regina, in cuius honore sunt filiae hae Regiae, Regi Regum ad ferendum oblatae. Haec nobili cincta sequela, quasi Regina assistit à dextris Regii Throniceum data varietate. Et de illa merito canere possunt illud Epithalamii: *Adducentur Regi Virgines post eam, proxima eius asserentur tibi in laetitia & exultatione.* Rursusque de ipsa dicere potuimus: *Quam pulchri sunt gressus tui in calcamentis, O filia Principis! Certe si hanc fuisse Principis, narrat ejus Historia. Sed in hoc non gloriatur, quod Principis terrent filia fuerit; ac potius in hoc, quod filia Principis coelestis, imò & sponsa, electa fuerit, cui tot Pedis sequas honoris offert potuerit. Quid dico Pedis sequas? filiae sunt, ac flores, fructusque ejus, Generatio sancta & casta cum claritate, cuius memoria immortalis est apud Deum & homines. Proferet ergo & Ursula, fecunda Mater, illud merito occinere: *Ego quasi vitu fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis, Transiit ad me omnis qui concupiscit me, & à generationibus meis adimplemini. Refecti rami hujusce vitis liquorem pretiosum sanguinis sui in libamen Domino profuderunt; sicut & Apostolus suo approximans martyrio: Ego enim jam delibor.**

Faciles dicimus illas Matres, quae in confugio multas proles genuerunt, quas potuerunt Deo offerre. Sic felix Mater Machabaeorum de qua dicitur: *Supra modum autem Mater mirabilis, & honorum memoria digna, qua peruenit septem filios sub unius diei tempore vivificans, bono animo sequebatur propter spem quam in Deum habebat, singulos eorum hortabatur voce patris fortiter, repleta sapientia, & feminea cogitationi masculinum animum infrensens.* Sic & felices dicimus S. Symphorodam, S. Felicitatem, & similes, quae etiam proles suas per martyrium Deo consecraverunt, non aliud ab illis requirentes pro educationis & parvis laboribus, quam *Pii sanguinis mercedem*, ut loquitur S. Ambrosius. Quidam ergo felicissimam pronunciemus S. Ursulam, quae licet corporaliter hanc multitudinem Virginum non generavit, spiritually tamen eas genuit & ad Christum adduxit, ac ad martyrium animavit, earumque sanguinem castum Deo libavit, non minus constantiam quam Mater Machabaeorum in exhortando omnes, *mafestinum animum, sicut & illa, feminea infrensens cogitationem.*

Sic non est Virginitas infœcunda, sed numerosam proferre potest sobolem, ita ut S. Cyprianus de Virginitate dixerit, esse *Florem Ecclesiae sancti germinis Gaudet*, inquit ipse, in illis, neque per illas largiter flores Ecclesiae Mater gloriosa fecundavit? *quoque plus gloriosa fecundavit a matre suo addit, immo*

PARS II.

Castra & chori Ecclesiae applicantur multitudini & choros Virginum. 1. Cor. 1.

Specialiter vero dicamus, ex femineo sexu Deum exercitus integros, sibi comparare, ut adversarias proferant potestates cum ignominia, adimpleatque illud: *Insuper mundi est Deus, ut confundat fortis, &c.* Quapropter & hic merito dicere possumus: *Quid videbis in Sulamite, nisi castra & choros Virginum, sanguine etiam suo triumphantium contra hostes & scissas in victimas sacrificales offerentium, ut possint quoque Agnum sequi triumphantem? An requirimus Virginum choros & cuneos, pro fide ad sanguinem usque decertantes? Ecce coram oculis nostris est exercitus undecim millium in terra nostra, in Colonia Agrippina, ad internecionem usque dimicans pro Christo, & Virginitatis ac fidei tutela. Harum memoria hodie in benedictione est toto in Belgio & inferiori Germania, quia earum ossa variis in locis pretiose asservata, odorem germinant suavitatis, quasi Rose & Lilia. Quapropter dicere possumus cum gaudio, in consideratione horum sacrorum pignorum, illud Castrorum: *Flores applicaverunt in terra nostra: Flores utique purpurei, germinantes sua vitatis odorem caelo & solo, nobisque benedictionem. Flores transplantati ex Anglicano solo divina providentia in Germanicas ortas, quas suo rigant & sacrant cruote, dum Tempus persecutionis advenit.**

Castr. 1.

A Ursula gaudium Matris auget. Ursula itaque Christo, Ec-
Christo & clestiaque genuisse censetur undecim millia, tan-
Ecclēsia quam Matris fecunda fecunda etiam filia: sed &
fecunda. quorundem novae proles generare censetur, quia sub
 verillum suum congregat innumeras Virgines quæ
 Religioni sese addidit ab ejus nomine, URSU-
 LINÆ dictæ. In sinu & protectione & directio-
 ne ejus quiescunt, & varias Europæ Provincias suo
 zelo ac odore lætificant. An non & harum merito
 Mater dicitur, Princepsque ac Dux, S. Ursula: O
 verè Mater fecunda! O beatum ejus semen, quod
 contritæ caput serpentis! O pulchra & casta ge-
 neratio cum claritate, generatio filiarum quæ ven-
 tum Dominum, quærentium faciem Dei Jacob!
 O felices Virgines, quæ adducatur Regi post
 eam?

PARS III. De honore undecim millib. Virgin. de-
bis.

Magno sunt honore dignæ Virgines, quæ sub
 Ursula militantes, irruentibus in eos infide-
 libus, Fidei & Castitatis victimæ fuerunt. Ideo &
 ossæ earum variis in locis pretiose asservantur, tan-
 quam monumenta virtutis, testimonia beatæ con-
 fessionis, pignora patrocinii, stimuli castitatis, or-
 gana Spiritus sancti, æternitatis semina, & variorum
 miraculorum instrumenta. Et enim multis ea mi-
 raculis ab initio glorificavit Deus, quorum adhuc
 modo remanet memoria.

Protectione speciali harum Virginum Colonia
 sancta ab Hunnis liberata fuit. Nam Hunnis civita-
 tem obsidentibus, apparuit super muros millenæ
 Virgines, dimicantes contra feroces istos hostes,
 eosque in fugam cogentes. Quapropter moniti sunt
 cives celesti lumine, harum Virginum reliquias
 humi jacentes diligenter colligere, & cum pietate
 adservare, honorificeque collocare. Meritis harum
 undecim millium ac Thebæorum Martyrum ad-
 scribant Coloniaenses, quod urbs eorum ab eo tem-
 pore quo fidem accepit, nunquam ab ea defecit.
 Hinc illud de ipsa canitur.

*Ex quo fidem recepisti,
 Civitas non fuisti,
 Civitas prænobilita.*

Voluit ergo Deus Templum speciale illis erigi, in
 quo sacra hæc pignora componerentur cum hono-
 re; illoque loco a Coloniaensibus erectum est, ubi
 pars præcipua corporum jacuerat.

Audi & aliud. Cum incertum foret, quo in loco
 S. Ursulæ ossa sepulta forent, de qua tanquam cæte-
 rarum Duce præcipua cura erat, S. Cuniberto sacri-
 ficium offerenti & signum à Deo ad hoc postulan-
 ti, apparuit tertio Columba, volitans ab Altari ad
 Sepulchrum, à Sepulchro ad Altare; visaque tan-
 dem est etiam ab ipso populo, quasi indigitans &
 designans locum, in quo hæc Antesignana tumu-
 lata erat. Hæc Historia in dicto Templo pietati-
 bus depicta etiamnum cernitur, quam de propin-
 quo conspiciere mihi licuit, atque etiam oblationem
 Missæ facere in Sacello S. Ursulæ coram ejus vene-
 rando Capite

Vitu forigera.

Quid vero mirum, quod Columba Ursulæ se-
 pulchrum viro sancto designat, cum & ipsa SS. Vir-
 ginum aptissimum sit Symbolum, ob puritatem,
 simplicitatem, innocentiam, mansuetudinem? Hinc
 & illis Virginitus millenis, pro fide & pietate sine
 felle patientibus, recte pro Symbolo inscriberis:
 COLUMBÆ SIMPLICES. Atque olim no-
 tum est, Romæ in sepulchris Martyrum pro sym-
 bolo Martyrii insculptam fuisse PALMAM, pro
 simbolo virginitatis triumpho in sepulchris Virginum
 adjunctam fuisse COLUMBÆ sculpturam quod
 & nunc visere licet. Dicamus ergo de his Virgi-
 nibus. *Quæ sunt istæ, quæ ut Columba volans, aut* *Cant. 5.*
quasi Columba lacte lotæ resident juxta fluentia plenis-
simæ? Lacte fidelitate sunt & candidæ, immo & in
languine suo & Agni laverunt stolas suas, quasi in
lacte candidissimo. Ecce ergo grex Columbarum
 simplicitatem, mortem contemnens, & per vulne-
 ra ac mortem volitans, ut in cælum volando per-
 tingat. O felix columbina sine felle simplici-
 tas & puritas in terris mortis sese offerens ul-
 tunc, ut æris sublimioris tandem puritate perfu-
 rat in cælis.

Hoc *Columbarum* nomine solitus fuit Virgines
 has insignire B. Hermannus, Ord. Præmonstraten-
 sis, qui & Joseph nominatus fuit ob puritatem, &
 Virgini specialiter deponatus, vere ALTER JO-
 SEPH. Habuit autem ipse multas revelationes de
 S. URSULA & Sodalibus ejus. Mira enim his
 Virginitus & Martyribus afficiebatur, miraque ani-
 mi puritate his erat conjunctus & familiaris. Mul-
 ta ab eis discere secreta, & quedam ei sua revela-
 runt nomina & afflictum consolata sunt. Ut autem
 eis sanctum suum testaretur amorem, novi cantus
 historiam in earum honorem composuit. Cumque
 admo visset manum ad scribendum, una ex illis ei
 apparuit, & quid scribendum foret, edocuit. Quia
 & Columbam pulcherrimam suo humero inscru-
 tem vidit, suis auribus perpetim rostrum inseren-
 tem; quam non dubitavit unam esse ex illarum nu-
 mero. Quapropter has Virgines solitus est vocare
 COLUMBELLAS. Cum verò melodiam hi-
 storiarum dare decerneret, quoties ad id animum ap-
 plicuit, vidit chorum Virginum in aëre, & audivit
 cantum deprementem, qui verbis ab eo scriptis
 congrueret. Hoc ipse testatus est illi, qui ejus
 vitam descripsit, quam legere licet apud Surium.
 Sæpe enim ei dicebat: SACRÆ COLUMBELLÆ
 mihi auctores fuerunt hujus melodiarum, quam
 edidi.

Adjiciamus & hoc pro honore Sanctarum harum
 Virginum & Martyrum, quod in tantum earum se-
 pulchra & templum Deus voluerit honorare, ut
 nullum aliud corpus cum eis voluerit sepulchri
 participationem habere in illo loco cælitus eis de-
 signato; quantumvis viri Principes id quandoque
 postularint & alii pietate illustres. Semper enim
 terra illa virgineis hæc choris destinata, dicitur
 rejecisse aliorum quorumcumque corpora, quæ ibi
 tumu-



rumulabantur. Adeo ut ne quidem infantium post Baptismum in innocentia decedentium corpora voluerit condere; sed si ibi sepeliebatur, subsecquenti die ea in lacem e rumulo rejecta cernebantur, & alibi sepelienda deportabantur. Hoc in tabulis publicis in eo Templo Colonie suspensis legitur. Quinimo & hoc pro miraculo ibidem refertur & legitur, terram inde sumptam, & ad loca ubi animalia venenata insciant, deportatam, vacuam fugare, animaliaque virus fundentia. Quod quidem & Melitenses de sua terra predicant, & *Gratiam S. Pauli* vocant; quia cum ibi à Vipera correptus foret, nihil illa ei nocuit, sed Melitensis Insula gratiam exinde accepit, ut à venenatis animalibus foret libera, atque ut ipsa terra etiam alio asportata virus fugaret, ut graves tradunt Historici.

Concludamus igitur & dicamus, Sanctas has Virgines & Martyres à Deo non solum in caelis, sed etiam in terris fuisse variis decoratas privilegiis. In vita eas defendit speciali protectione, ne violarentur ab impuris & salacibus milibus in eas irruentibus. In morte eis fortitudinem contulit & constantiam, ut zelo Castitatis & veræ Fidei mortem libenter & fortiter obtinent. Post mortem eas honoravit specialis sepulchri honore, ac variis miraculis. Denique adhuc modo eis dat specialem potestatem protegen di Civitates & Oppida, in quibus earum aliqua resident pignora, aut in quibus particulari cultu coluntur & invocantur. Imò in mortuis cultoribus protectionem impendunt & auxilium particulare; quod quidem ordinavit Deus in earum gloriam specialem.

Audi hæc de re exemplum & testimonium ex Thoma Cantipratano, Suffraganeo Cameracensi, lib. 2. Apam. cap. 33. Bruxella Urbs est magna & nobilis Brabantie. In hac Hospitale est pauperum præcipue charitatis, & religione præclarum. In isto Soror quædam fuit multo labore fatigata; quæ gravi infirmitate, detenta humanis rebus exempta est. Cum vero ab hora diei tertia usque post Vesperas mortua jacuisset, revixit subito, & erexit se. Convocatisque Sororibus & omnibus qui præsentibus erant, dixit: *Virginalem illum exercitum Coloniensem vivens quotidie venerata sum, & earum precibus nunc ab expiæ oris panis liberata sum, & ad hoc ad vitam redire compulsæ, ut omnibus earum memoriam dignè habentibus assuetura in morte suffragia nunciarem, dum modo in vita tales erant, quibus oratio posset suffragari. In hoc testimonio reddo spiritum iterato. Atque ita denuo defuncta quævit. Hæc ibi Cantipratanus, testis plane fide dignus, & hoc ipsum testimonium priorum experientia roboratum reperitur.*

Respiciamus igitur ad hos Virgineos Choros, Agnum in caelis sequentes, ejusque laudes jugiter decantantes, de quo canimus:

*Qui pacis inter bella, sepulchra choros Virgineos
Sponsus dæcorus gloria, Sponsusq; reddens premia.*

Dicamus vero ab aliis Christo servire in spiritu & veritate, in castitate corporis & puritate mentis; ut tandem valeamus in harum Virginum societate exultare. Respiciamus quoque ad hæc virginea castra, dum pugnandum est contra Satanam, Mundum, Carnem, & variis tentationibus obstandum. Poterunt enim hæc Virginum & Martyrum inviolata acies nobis esse auxilio & præsidio, ut constanter oblectemur adversus omnes hostes, tandemque cum ipsis potiamur palma & corona. Quod nobis concedat earum intercessionem & ope Dux ipsarum Christus Jesus, qui est benedictus in sæcula.

PROFESTO SS. SIMONIS & JUDÆ.

Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bonam Rom. 10.

LECT. 66. tripertita.

Theologi duplex agnoscunt Christi corpus, secundum morem loquendi S. Scripturæ & SS. Patrum: scilicet corpus Christi verum, & corpus Christi mysticum. De utroque autem rectè intelligitur, quod Maras dicit: *Quam pulchri super montes pedes annunciantis & predicantis pacem annunciantis bonum, predicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus.* Hoc enim primum verificatur de ipso meto Christi sacratissimo pedibus, sive de ejus adventu expectatissimo; quia ipse tanquam Princeps & Præco primus divina pacis cælitus mixebatur, pacificatus per sanguinem suum, *sicut quæ in caelis, sicut quæ in terris.* Propterea in ejus Nativitate pax nunciatur: in ejus oblatione in templo dimittitur S. Simeon in pace: in ejus predicatione pax resonat, quia venit ad dirigendos pedes nostros in viam pacis; in conversatione pacem nunciat omni domui: in sermone postremo totus est in commendanda pace. Denique, hæc testamento relinquit, hæc mox à resurrexione nunciat, hæc ubicunque promulgar, ut propterea merito ei hic Titulus specialiter conveniat, *DEVS PACIS*, quo Titulo frequenter cum inquisit Apostolus:

- DEVS PACIS sit cum omnibus vobis. Amen. Rom. 15.*
- DEVS PACIS conterat velociter Satanam sub pedibus vestris. Rom. 16.*
- DEVS PACIS & dilectionis erit vobiscum. 2. Cor. 13.*
- DEVS PACIS sanctificet vos per omnia. 1. Thim. 2.*
- DEVS PACIS det vobis pacem sempiternam in omni loco. 2. Thess. 1.*

Quam pulchri ergo sunt pedes Domini, dum in montes frequenter conscendit, ut oret ut inde doceat Apostolos suos & turbam subsequentem, ut ibi prædicet pacem & viam pacis, ut ibi annunciet salutem & bonam æternitatis. An non in monte sedens ad pacem invitatur, dum pronunciat: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.* An non illic pedes confenderat, ut ex altiori loco regnum celorum humilibus spiritu annunciarer? *Beati pauperes*

Christi